

## DE SEMINE CETI

breui postea graui odore butyri quadrum pedum instar viciatur, & colorem mutat. Odor certè paululum inueterati, nescio quid casei præ se fert: unde ego aliquando coaguli vim habere suspicatus, lacti addidi ut experirer, quod tamen inde coagulatum nō est: siue quòd coagulum nō sit (quod etiam aquatilium habent ea quæ latent ut phocæ) siue quòd in aqua degentium coaguli vis non eadē sit quæ terrestrium. Vt cunqu est, maris adeps aut oleum, vel Cetaceus adeps innatans mari, non genitura ceti, nec halo santhos, esse & dici posse, ac debere mihi videtur. Nuper quidem clarus doctrina & omnium virtutum generi vir Vvolphgangus Meurerus medicinæ ac philosophiæ in illustri Academia Lipsica professor, mihi de huius remedij facultatibus per literas percunctato his verbis respondit: De usu halosanthi (secundum Val. Cordū dicti) nihil aliud habeo, nisi quod sciā vulgo.